e-codices

concelauia ſtulpit oſtia pingit
armaria ueſtem reſpuit
groſſiore. Indumentum molle
deſiderat. atque hec caris in-
dutus ac familiaribus mon-
dat tributa uirginibus. Illa
ut brachium rigente. hec ut
fluente tegat lacernam.
Verum hec diſtribuenda mor-
darius beato uiro Iheronimo
relinquamus ad propoſitum
reuertamur. Tum uero inquit
gallus meus neſcio quid
Iheronimo reliqueris di-
ſputandum. Ita breuiter uni-
uerſa noſtrorum inſtituta
complexus es ut pauca hec
tua uerba. ſi equanimiter
acceperint et patienter ap-
penderint. multum eis ac-
cetera profutura Vt non
indigeant libris poſt hec
Iheronimi ceterorum. Sed tu
illa potius euolue que
ceperas et illud quod ad-
uerſus falſam iuſticiam dictu-
rum te eſſe promiſeras pro-
de documentum. Ita ut uere
tibi fatear. nullo pernecio-
ſius malo intra gallias la-
boramus. Ita facturum poſtumi-
anus inquit nec te diutius
tenebo ſuſpenſum

Doleſtoris quidam ex
aſia predines opibus
genere clarus. habens
uxorem et filium paruulum
cum in egipto tribunus
eſſet et frequentibus aduerſum
blembos expeditionibus
quedam heremi contigiſſet
ſtorum etiam tabernacula com-
plura uidiſſet a beato uiro
iohanne uerbum ſalutis acce-
pit. Nec moratus inutile
miliciam cum uano illo ho-
nore contempnere heremum
conſtanter ingreſſus. breui
tempore in omni genere vir-
tutum perfectus enituit
potens ieiuniis humilitate
conſpicuus fide firmus
facile ſe antiquis mona-
chis ſtudio uirtutis equa-
uerat. Cum interim ſubiit
eum cogitacio inmiſſa per
dyabolum quod rectius eſſet
ut rediret ad patriam filiumque
unicum ac domum totam cum
uxore ſaluaret. quod
utique eſſet acceptius deo quam
ſi ſolum ſe ſeculo eripere
contentus ſalutem ſuorum non
ſine impietate negligeret.
Iſtiuſmodi ergo falſe iuſticie

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 251r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/251r)